in officio retinendos diœcesano conventa nihil prosit, repentinæ accommodatius. Quinimo non tantum ~~consilio~~ utilem, verum etiam necessariam huiusmodi institutionem esse affirmabo: quandoquidem, quam rebus ad divinum cultum spectantibus convenientior, in ea synodales constitutiones ad clericos potissimum attinentes prescribuntur, quibus sublatis, magna sequatur necessitas, clericalis ordinis gravatio, atque confusio. Quam vero decet clerum, sortem sublicis Domini; propterea enim, clerici dicuntur: quia de sorte Domini sunt, vel quia ipsi Dominus sors, idest eorum est pars, sine legibus diœcesanis esse, nemo est qui non videat. Quia ergo fratres, vel ipsi pars Domini sumus, vel Dominum partem habeamus, tales nos exhibere debemus, ut ipsi Dominum possideamus, et a Domino possideamur, quo confidenter cum Propheta dicamus: Dominus pars hæreditatis meæ. Non quidem, quod a sorte Domini laicos secludamus: omnes enim, per Christi baptismum, et fidem coniuncti sunt, populus acquisitionis eius sunt: unde Propheta ait, pars autem Domini populus eius, Jacob funiculus hæreditatis eius: sed quia clerici peculiari quadam ratione ministerio Dei, et ecclesiæ dedicati sunt ~~sunt~~. Ex quo fratres quibus hec nostrum colligere potest, cui studere, cui adhærere debeat; Deo ipsi non mundo vacaturum in sortem Domini vocatis, ecclesiasticis exhibere non secularibus negotiis, est incumbendum. Verum faxit, ne secus fiat. Audite Dictum Gregorii, cui iam pene nulla est seculi actio quam sacerdotes non administret; Illud memento, nos ex Domino assumptos, constitutos pro hominibus in his, quæ sunt ad Deum; nostro igitur ne intereat ministerium nostrum, officio incumbamus.

Sortio iam nimis evagatum esset longius, quam initio proponitur erat, porrabo tamen, si prius paucis, Eos venerandos animarum curatores, quos hic potissimum ad officium exhortabor, fuero allocutus. Velim Patres considerets munus vestrum: estis enim pastores, per quos animarum greges verbo, et exemplo pascendi sunt; animadvertite ergo, qui unquam per linguam vestram convertit, qui de gremio suo opere vestra increpatione correpti pœnitentiam egerunt, quis avaritiam ex vestra admonitione deseruit, quis superbiam declinavit. Circumspicite quæso quod lucrum Deo facitis vos, qui, accepto talento ab eo, ad negotiandum mittebis: dicit enim negotiamini, dum venio. Veniet, veniet profecto ille dies, nec longe abest in quo Pastorum Pastor apparebit lucrum requirens; veniet illum iam arbitramini, quali ei animarum lucrum de vestra negotiatione monstrabitis? Quot eius conspectui animarum manipulos de prædicationis vestræ segete allatum estis? Ponite, ponite ante oculos vestros illum tantæ distinctionis diem, quo judex veniet, ac rationem cum servis suis, quibus talento credidit, ineibit. Heu in maiestate terribilis, inter Angelorum chorus videbitur in illo tanto examine electorum omnium, ac reproborum multitudo detorquetur, et unusquisque quid sit operatus ostendet. Ibi Petrus cum Judea conversa, et Paulus cum Gentibus Indum ducens apparebunt; Ibi Andreas post se Achaiam, Joannes Asiam, Thomas Indiam conversam ad conspectum sui Judicis ducent. Cum igitur et Pastores cum gregibus suis